

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Simonius Magnus Kanngiesser

Tyrocinium Rheticum De Adagio Nihil Cum Amaricino Sui

Rostochi[i]: Pedanus, [1613]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729134784>

Druck Freier  Zugang



M. Kanniger.
R. U. phil. 1613.



47.

TYROCINUM RHETORICUM
DE ADAGIO
NIHIL CUM
AMARICINO SUI.

Exercitij gratia adornatum,

E T

In Collegio Oratorio

CLARISSIMI VIRI,

Dn. M. IOHANNIS SIMONII,
Eloquentiae in alma Rosarum Academia
Professoris publici,

recitatum

à

MAGNO KANNIESSEERO A. P.

Quarto Non. Martij 1613.

• 6(+) 98 •



ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani.

1613

VIRIS,
Reverenda dignitate, prudentia veneranda,
laudata integritate virtute & eru-
ditione conspicuis,

Dn. M. AUGUSTINO BURMEISTERO,
AnclamI ad D. Nicolaum Pastori
vigilantissimo;

Dn. GEORGIO SCHELIO,
SENATORI ibid. meritissimo;

Dn. MICHAELI HERR VVIGIO,
Civi ibid. primario;

Dn. MATTHIAE SCHUTZIO,
Ludi literarij publici ibid. Moderatori
peritissimo;

Meis quondam Preceptoribus fidelissimis:

Fautoribus etiamnum ac Promotoribus
benevolentissimis,



Gratitudinis studio

Dicare, quia debui, volui

Magnus Kannegießer.



NIHIL SUI CUM AMARICINO.



Hilosophiam mederi animis, sollicitudines detra-
here, a cupiditatibus liberare & timores pellere,
empirica, Auditores, sunt veterum elegia. Quo
sanè nobilissimo Philosopheris usū, quanquam
nullo non tempore adversus iniquos malevolen-
tium insultus maximè opus fuit, an unquam tem-
perem magis quam hodie, dubito anjure quis du-
bitet. Quotus enim quisq; vestrum est, qui
non, facta vel persuntoria nostrorum tempo-
rum cum superioribus contentione, prono assen-
su atq; ambobus, quod dicitur, pedibus mecum in hanc descendat sententiam:
Si qua mundi ætas fuit, vitijs secunda; si quod seculum flagitijs infame; certè
hoc quod nunc degitur avi, quod præterlapsos inde à primis mundi incuna-
bulis usq; annos viatorum in luxuria multis omnino parasangis post se relinquit
omnes. Annon enim inaudita jam & nefanda scelera agmine quasi factio ca-
terratim regnant, ac quoq; vita ordines ceu cataclysmus inundarunt?
Atheismus, hypocrisia, epicureismus, invidia, calunnia, sophistica, & quis fando
memoret? Nimirum hic probè munierendus est animus incorruptus & recti
amans, ne talibus portentis deterritus à regia via deflectat. Quod dum agi-
mus nos, et si à prava mundi colluvie ridemur, sanis probiisq; infestamus: adeò
ramen nostra nobis militia deserenda non est, ut eo acris rem urgeamus plu-
ris facientes sanctissima Ordinationis divinæ oracula, quibus docendo descendimus
labor nobis injungitur; quam vana & profana vel rerum ludicrarum vel ma-
nifestæ impietatis crepitacula, quibus nos mundus à recto tramite abducere sat-
agit. Sed cum multa sint à Philosophis disputata, que non minimum valent
ad animi instructionem; præ ceteris mibi sicut illis ac rotundis veterum dictis,
Adagia que vocant, maximum ad eam rem videtur inesse momentum. E quo-

rum infinita multitudine mihi hoc tempore tractandum sclegi illud, cuius A. Gellius libri lucubrationum suarum 20. c. ult. meminit: Vetus, inquiens, proverbium est: NIHIL CUM AMARICINO SUI. Id quā originis, quā veritatis ratione dicatur, dum ego dispergo; vos amabo Auditores facite, ne vestro mihi favore & attentione defuisse videamini.

In vestibulo autem, ut eò minus a prefigo scopo aberremus, in vocabuli etymon inquiren lum nobis est, nam qui nec it quid nominis, quid rei sit scire nequit, communi tritum sermone verbum est. Vox itaq; amaricinum seu Amaracinum (utraq; enim habetur lectio) est ab Amaracus, nomine herbe, quam alijs Persam, alijs Sampsuchum, alijs Majoranam vocitant: quarum appellationum omnium & singularum & rationem qui desiderat, petat ex Plinio & Dioscoride. Nos tamen, ne omnino nihil dixisse videamur, illam verbo uno atq; altero tangemus, quæ instituto nostro maximè inservit. De qua in Comment. ad lib. 1. Eneid. Virgil. Servius refert: Amaracum Cynara Regis Cypri fuisse Unguentarium, qui optimi plenum unguentū alabastrum, quem ferebat, casu forte lapsus cum fregisset, effusione ejus odorem excitavit, quem supra nullus. Unde factum, ut non ipse tantum Amaracus, dolore contabescens, Deorum commiseratione in ejusdem nominis herbam transformaretur, verum etiam qualibet praestantiori fragrantia unguenta amaricina dicentur. A quibus cum SUI abhorreat, factus hinc est locus proverbio: NIHIL CUM AMARICINO SUI. Nequaquam verò opinandum nobis est: Veterum sapientiam vel hic vel alibi in primo externoq; dicti sensu acquieuisse: sed ita potius statuendum est, proverbiorum cognitionem amplissimum frequentissimumq; olim ad mores in omni vita describendos & regendos usum habuisse: cuius rei non parum videtur argumenti esse, quod multi magni nominis autores integra de ipsis volumina contexerunt. Sic hac nostra parvam, quisquis fuerit eius autor, significare voluit, multis pinguioribus ingenij hominibus vel optima sororascere & displicere, non aliter atq; amaricinum unguentum male oles sui, fætoribus sese oblectanti bestiæ.

Sed forte & aegidoξov vobis narrare video. Quis enim credat unquam tam perversamente quempiam esse posse, ut res bonas negligat ac contemnat, satis & rancidas in precio ac delicijs habeat? Ita est, ut, quæ dixi, prima fronte apparent absurditate sua non carere. Verum experientia quotidiana, verum illa omnium vulgo dicta magistra, an ea cum veritate commercium habeant, & aegidoξia haud obstante, sat loquitur. Cui vos eò minus suffragia vestra dare renueatis, quod & res ipsa causis ac rationibus suis non destituatur.

tuatur. Quenam autem illae? Per multæ sane. Auditores, eaq; non leviores
quæ omnes cum ære & Cœlo quadam hic recensere & exacta lance penitare
neq; ingenij neq; instituti fuit ratio mei. Quocirca leviter transibo, & unam
et; alteram tantummodo perstringam. Perpendite quæsto stulticiam multo-
rum hominum & plus quam asinianam stoliditatem; n̄ spes me fallit, magnam
partem cœssabit mirari. Videas enim quosdam tam stupidæ & bardæ indolis,
ut verum ne intelligant, nec serio investigent, sed absq; judicio falsis temere
applaudant, & nihilominus pulchre sibi sapere videantur: quo ipso nil turpius,
n̄ stultius esse ait Cicero. Hi itaq; si, suum juxta judicium, oletum quan-
doq; rostro præferunt, quid novi hoc habet? Quo semel est imbuta recens ser-
vabit odorem testa diu, vulgatum dictum est. Quod ut verè de vasis testa-
cœis dicitur: ita non minus recte quam eleganter ad alias etiam res & vel ad
animum ingeniumq; humanum accommodari potest, cum quo similiter compa-
ratum esse animadvertis. Dum enim multi naturaliter sibi insitas aviti rea-
tus sordes adeò non expurgant, ut in dies etiam magis magis, incrusterit; sit, ut
quicquid ijs vel tandem boni offeratur, cum nusea repudient, & sibimet ipsi
illius bonitatem & præstantiam turpisimum in fatorem convertant. Nam
sincerum est nisi vas, quodcumq; infundis, aescit. Quo sensu Apostolus ille Tar-
sensis Tit. 1. v. 15. de impijs scriptum reliquit: Omnia munda mundis; coin-
quinatio autem & infidelibus nihil est mundum, sed conspurcata ipsorum mens
& conscientia. Accedit huc magna hominum malitia, ing; ea corrigenda supina
ignavia & oscitania. Postquam enim inde usq; ab utero materno cor huma-
num extrema occupavit malitia; que extirpari nequit: omni ope & studio in
id incumbendum erat, ut ejus luxuries, quantum quidem fieri posset, incisa re-
tunderetur, ne altiores subinde ageret radices. Sed id ipsum à pleriq; adeò
non curatur, ut non solum sibi ipsis ab hac peste non caveant, verum suis etiam
sueq; fidei commissis perversâ partim indulgentia, partim pessimis pessimâ vita
exemplis latam ad flagitia fenestrâ aperiant, illosq; tantum non porrecta ma-
nu ad nequitia scholam deducant. Sicuti enim sus mater porcellos maturè
edict ad stercore: ita impij sat tempestivè ad improbitatem conduce faciunt fi-
lios. Hinc contingit, ut exempla in mores abeant; mores consuetudinem, at-
trahant; consuetudo increbrescens naturam imitetur; natura ne furca quidem
expelli se sustinet. Hujus ergo farinæ hominibus quid boni placere? quid eo-
rum oculis gratum & amabile? quid auribus suave & delectabile? quid ani-
mo jucundum accepitumq; è rerum vere bonarum censu exhiberi posset? cum
genitus corrupti sint, & ad Diaboli tōs ῥωμηq; illius ingenium propendeant;

A 3.

cuius:

cujus partes sectantur; à quo etiam fatigantur & impelluntur. Etenim hos omnino persuasum habeamus, inter omnes omnium malorum, in quibus mundus iam consenuit, causas familiam ducere furorem Diaboli, quo astuat, non autem quiescens frigidam suffundere mortalibus, quam malorum hinc inde a se sparsa semina largam in messem succrescant: bona contraries negligantur, pefundentur. Que omnia acriori qui considerat obtutu, fatebitur haud præter rationem dici, non posse non fieri, quin male feriatæ illi & bene magnæ hominum turbæ optima sordeant. Versum post hanc generaliores alia superest hujus perversitatis causa, & ea quidem occulta, quippe satis evidenter adhuc perquisita à nemine; quam Graci àvltorē vocant, cuius vestigia deprehenduntur in univerſa propè rerum natura: cuius exemplis contemplandis nos etiam aliquantulum indulgebimus. Quis nescit homines quosdam quam tenacissimo amoris glutine quasi compactos ad invicem cohædere? quamvis neuter in altero videat vel virtutum simulachra, vel officiorum merita, quibus ad tantam benevolentiam incendatur. Contrà alios videoas mutuis flagrare odijs, immortalesq; alere similitates, etiamq; inimicitiarum illarum causa pateat nulla. De suo in Volusium occulto & imis insidente medullis odio Catullus sic scribit: Non amo te Volusi, nec possum dicere quare; hoc tantum possum dicere, Non amo te. Ita neminem vestrum fugere autumo, quod multi à certis quibusdam animalibus, cibis alijsve rebus abhorrent: dum alij felium, alij murium, aranorum alij, alij ranarum, alij aliarum rerum attractum, conspectum aut presentiam omnino ferre nequeunt; id quod certis se penumerò indicis manifestè comprobant. Idem in casei, butyri & similiū esculentorum esu ac usu quoq; contingere videmus. Pelliūtra irrationalium animantium multitudinem, & admirandam disquisitione facta deprehendes dissidiorum varietatem. Elephantus murem odit, & ea re pabulum quoq; in quo murem ausejus excrementa confinxit, aversatur. Delphino cum muræna, crocodilo cum ichneumone capitale intercedit odium. Quid dicam de lupis & ovibus, tanta dissensionis acrimonia mutuò disjunctis, ut post utriusq; animalis mortem ejus reliquie non exiguae adhuc conficiantur. Hinc pediculosa fieri dicitur pellis ovina propter mortem lupi; fides lupinæ & ovillæ in instrumentis musicis perpetuo dissidere perhibentur, neq; unquam concordare: lupinæ etiam pelles ovinas absumere seu vitiare feruntur: atq; tympana lupino obducta corio disrumpere alia, que ovillo obducta sunt, nudo saltem sonitu. Inter simium animal versutissimum & leonem in tantum ab omni dolo alienum, quantum robore valet, insigni item est àvltorē: que ed usq; se extendit, ut merbo laborans leo non nisi carnibus simia-

serpentum taretur. Similiter inter araneum & serpentem magna est; inter polypum autem & locustam pisces ranta, ut, si ambo eodem in reti harent capti, locusta præ metu polypi, si adesse eum senserit, emoriatur. Nec leve est dissidium inter ciconias & vesperiliones, cuius ranta vis est, ut illarum ova solo horum contumelie sterileant; unde ciconiae platani folia in nidos deportare solent, ne oris à vesperilionibus, itidem platanum reformidantibus, sit periculum. Leo bestia robustissima exhorrescit ad cantum galli, cuius conspectu propè exanimari scribitur basiliscus: unde qui in Africa peregrinantur, gallos secum ferre consuevere, quod ea regio basiliscis tam innumeris quam horrendis abundet. Et id genus exempla per quam multa sunt, quæ si vellem conquirere & recensere, nec tempus nec vox mihi sufficeret. Taceo jam illa, quæ in rebus omnibus sensu orbis sese offerunt, nam nota est prelustris illa antipathetica affectio inter adamantem & hircinum sanguinem; nec ignota est illa inter magnetem & alium. Scitis quippe ut adamans hirci sanguine emolliatur, & ut ferrum negligat illitus alio magnes. Quid dicendum erit de iphis, quæ in sylvis ac horis vivent? Anne quercus & olea ævilitæ discordant? ita certè, ut si altera alterius ramis inseratur, aut juxta eam saltem in eadem scrobe ponatur, emoriatur utraq; Vitis ut ulnum maximopè ambit & omnia fermè, quæ potest, claviculis suis comprehendere solet: ita unam præ ceteris refugit brasiliæ, inq; diversam ab ea partem se averrit; quæ contrarietas in expressis utring; succis etiam durat: quia brasiliæ succus vino adversari & ebrietati resistere dicitur. Ipsa rursus brasiliæ origano opposita exarescit. Et, ut ad institutum me revocem; eundem in modum amaricinum peculiariter quadam proprietate suillo generi inimicum est & veneni instar, siquidem Lucretio creditus, cuius hi sunt versus: Deniq; amaricinum fugitat Sus & timet omne unguentum, nam setigeris subus acre venenum est. Cui suffragantur multi alii inter Physiographos, qui prodiderunt, non posse suillum genus in Arabia vivere, quod ea terra odoramentorum sit feracissima; porci autem foetidis magè sordidisq; rebus delectentur. Hæc autem si tam frequenter in cuncta propemodum universitate occurrit repugnantia: quid obstat, quo minus ei in hoc quoq; quod tractamus, arguento aliquid tribuamus; nequaquam verò tantum, quod rem ipsam à culpa & reprehensionis nota vindicare valeat. Quamvis enim omnia hæc, quæ commemoravi, ævilitæ sioæ documenta ita sese habeant, ut aut nullo aut difficilimo cum labore mutari queant, quin suo etiam modo natura dicantur: propterea tamen naturæ per omnia convenire, haud equidem affirmamim. Per se enim quæq; res in suo genere bona est creata & ad communem

Nem in vita usum destinata, atq; exinde vera magis utendi prudentia &
dextro amore, quam prepostero odio aut indigna nausea à quibus excipienda.
Quapropter, qui inter homines præcipue, qui appetitum ratione & judicio rege-
re debent, hoc affectuum errore trahi eò prorumpunt, ut animi quoq; ingenij
bona reprobent, vituperandi potius quam excusandi sunt, & perversæ stoliditas
argendi. Etenim qui prudentes sunt, qui puram possident animam, qui
boni sunt, qui legitime utuntur donu naturæ eamq; ducem sequuntur; eos, quo-
nam quæs' pacto mibi persuadebis, animum posse inducere, ut rebus bonis ne-
glectis contrarijs delectentur? Qui verò aut mensis appetitio labo-
rant, aut propria animi malitia atq; obscenitate sunt infecti, aut prava impio-
rum consuetudine dementati; aut circæis sygij Incantatoris artibus fascinatis:
ecquis mirabitur, Auditores, his suavissimum virtutis atq; honestatis thymiam
terribilium esse factorem sævamq; Mephitum? Quemadmodum asinus nulla
Musica, nullis fidibus, harmoniam quamvis jucundissimam reddentibus, affici-
tur, adeò ut locum proverbijs dederit: Asinus ad lyram, Asinus ad tibiam, in
ineptos stipites & caudices dici solitis: aut quemadmodum ipsi etiam porci tu-
barum clangorem quidem audiant, verùm tantum abest, ut eo ad pugnam ani-
mentur, ut potius fugiant, & in latebras cœno & factore squalidas sese prori-
piant: Ita invenias non paucos tam crasso judicio & omnis salis inopes homun-
ciones, ut ea, quæ bene, rectè & egregie dicuntur vel agantur, audiant, vi-
deant, palpent; neq; tamen animadvertant aut intelligant; nedum admiren-
tur aut quicquam ijs moveantur. Graculum novimus avem esse inepte mo-
lestæq; garrulitatib; obstreperamq; adeò, ut à tædiosa vocis loquacitate nomen
ipsi inditum putetur, autore Fabio; & quidem haud ἀτόγως. Graculum
quippe nullis demulceas fidibus, nullo cantu, ita, ut garritu misso auscultet &
aures canenti præbeat; quin potius eum audias jugiter iterato gutturi stridore
plures invitare & accersere graculos, quod mutuo garriu strepitus fiat auctior
atq; odiosior. Sic agreste & incultum vivit hominum genus, quod bonarum
rerum studia & doctrinam non ridere duntaxat & contemnere, verùm ijs
etiam, qui dexterioris genij ac ingenij sunt, seq; honestatis, & literarum amori
consecrarent, insulæ obstrepare, quin & effrenem suam malitiam alijs affricare
volupse sibi habeat. Verum enim verò scarabæorum hoc genus mihi videtur in-
duisse naturam. Isti enim in stercoribus atq; excrementis, caprarum preser-
tim & equorum nascentur: in stercoribus vivunt: vescuntur stercoribus: ea
identidem provolvunt & revolvunt cum quadam quasi oblectatione: in sterco-
ribus educant pullos, roti deniq; iisdem inhabitant. Quid autem homines illi,

quos

quos scarabaeorum representare imaginem dixi, aliud agunt? Nihil aliud. Auditores: excrementa enim mundi, excrementa Diaboli sunt: in excrementis at stercoribus voluptates & delicias suas querunt: in res frivolas & inutiles, vanas & evanidas omnem vitam, omnem industriam abiciunt, suosq; ad idem studium assuefaciunt, nec ullo bonarum rerum desiderio tanguntur, verentes ne receptione illarum diffundij quid patiantur, perinde ut scarabaei rosarum super ipsos dispersarum injirmantur ac extinguntur odore. Ex quo patet, per quam verisimile dici: Nihil cum amaricino sui; idq; non in porcos, animalia bruta duntaxat, sed in eos etiam, qui sub externa & informi homini forma brutam habent animam, bellè admodum convenire. Exemplasi rei lucem afferre censentur: neq; haec destituunt assertionem nostram. Ea verò que hic proferentur, ad duas revocabo classes: quarum una ecclesiasticam, altera scholasticam concernet vitam. In illa igitur en vobis exemplum, quo gravius, quo insignius nullum, & ea re maximè detestandum. De quo ipsum agite audiamus Apostolum, qui 2. Cor. 2. v. 15. & 16. ita literis prodidit: Deo inquit & mundo & bona fragrantia Christi sumus, & in hi qui pereunt, & in his qui salvi sunt: his quidem odor vitae ad vitam, illi vero odor mortis ad mortem, De verbi nimirum Ministeri, de Apostolis, de semetipso loquitur; immo de Evangelio, de ipso Christo. Que omnia an bona sint, quis ibit inficias? ejus sane bonitatis ac præstansie sunt, ut qui id neget, is in religionem, in divinum ordinem, in beatitudinem eternam, in Deum O. M. nefandè & sacrilegè injurius sit. Nihilo tamen minus sit, ut, dum verbi Praecones Evangelij divulgatione, vite sanctimonia, ardenti ad Deum prectione, patientia in adversis, & alijs id genus exercitijs ad τὸν ἄγνοον & τὸ πέπειρον Ministerij spectantibus, gloriam Dei in omni loco promovent, multi prefractione cervicis homines quam qui minime his ipsis afficiantur. Licet enim singula haec jam commemorata coram Deo & Angelis sint quasi quoddam preciosissimi thuris incensum, omnes etiam per & divino consilio obsequentes illis seu suavissimo unguentorum odore tamne capiantur, attrahantur: incredula tamen, reproba & saluti sue prodiga caterva bestiarum & obscenorum adinstar suum bonos Ecclesie odores fastidit, delectatur autem mendacio & omnis improbitatis pedore, Christi regnum vesano conatu atque exitialibus oppugnans machinis. Ipsimet vos judicate, annon inter gentes à Philosophis? an nou in ipso Dei peculio à Pharisæis id factitatum sit? ut jam non dicam de tyrannide Regum & Imperatorum, qui hac in re nullis alijs quicquam concederunt. Historiarum sane monumenta abunde testantur, quam sèpè contra veram doctrinam insurgentes impetum in ejus propagatores

tores fecerint? Ast inquit fore: Hæc olim. Quasi verò non hodie etiam
sat gnaritèr istud actetur. A quibus verò? A superstite adhuc illa & hinc
inde dispersa Recutitorum turba: à crudelissima illa Bellona Musulmannicæ ad-
dicta gente: ab omnibus, quotquot damnatae quondam hæreses postliminio
quasi ab orco in lucem revocant, easq; parvum vi, partim astu prosemicare mo-
liuntur. Hi quinam sint in suum reijicio forum. Et quis nescit Novatores
nostros? quis ignorat leves iſos non levium quorundam antiquitùs damnatae
levitatis errorum incrusteratores? hos sc. qui veneficæ illius Dominae divinis in
mysterijs agnoscunt, alijq; obtrudere conantur imperium. Quem item fugit
Zelus sacerrimus Sacerdotali Patriæ, sede mystica Babylonidos nobilitati; purpu-
ratorum item & infusatorum Antistitum: sub quorum signis in suis lauris
grunniunt, crocant, rudent, Sues verè Baetica Suitæ, Monachi, Sacrificulæ
Moniales, Corvi purgatoriani, asini deniq; & muli Romanenses sub Papatu;
quem, tanquam sordidissimum Augiæ stabulum, factorem & abominationem
ad cœlum usq; Apocalypsi teste, exhalans, ut Christus Dominus noster post fa-
ctam jam B. Lutheri p. m. ministerio repurgationem, plenè tandem subvertere
maturet, creberimis suspirijs supplices vovere nos oportet. Hoc autem exem-
plum, justa suspensum trutina, sat firmitatis, arbitror, addet veritati parœmia
nostræ, reverâ uimirum nibil sui cum amari in eo esse; nec in eo quoad allegori-
cum etiam, quem dicunt, sensum quicquam merito desiderari. Sed plurane
suppetunt experimenta? Omnia: nam si hoc in viridi sit ligno, in uido quid
siet? Alterum ergo, & id quidem scholasticum, nunc annectam, cumq; eo di-
cendi finem faciam. Regi Colcherum Aëte viridarium fuisse memoriae pro-
ditum est fragrantissimum juxta ac amoenissimum, non solum omni arborum,
herbarum floscularumq; genere tanquam luminibus extinatum; verū tribus
eriam fontibus, singulis suis in alveolis gratissimo susurre per medium horti la-
bentibus irriguan, quorum primus lacte, medios vino, oleo tertius exundaria.
Neuquam verò, Auditores, literæ hic afficti inhæreamus, sed cogitemus sa-
pientem Antiquitatem ejusmodi narrationibus res longè gravissimas, velut
imaginibus & picturis quibusdam adumbrare potius voluisse, quam quod res
ipsæ ita se sese habeat. Et quidem, nō aberro, depictas hoc horto hisq; fontibus
Veteres voluerunt Scholas & Academias. In his enim verè odoriferi spectan-
tur, carpuntur colliguntur, flores, doctrinarum puta, artium ac scientiarum
præceptiones atq; utilitates; flores, qui nunquam flaccescent, nunquam max-
cescent, odorem deperdunt nunquam; flores, quos in hisce viretis maturè as-
feliciter decerpisse, plus quam regie dignitatis res est. In his quoq; scaturiunt
ex

tres illi fontes, liquore ebullientes, quoris lacte, quoris vino & olco quovis p̄ae-
stantiori. Qui in re non incep̄e facere videntur, qui primo fonticulo, lacteo vi-
delicit, Logicam comparant, cuius institutis teneri animi veluti lacte primō
omnium imbuendi sunt, donec ærate & judicio provectiones ad gustum secundis
fontis, vino manantis, admitti possint, quem Ethica, Physica & Mathematica
referre non incongrue dicuntur. Hoc fonte labra qui bene prouluit sue, is de-
mūm confirmato iam & roboro ingēno tertij fontis fluentum consulto adire
potest, capite triplici triplici, olei genere propullantib, seqꝫ aut Theologia, aut
Iurisprudentia, aut Medicina balsamo quasi inunctum ad vitæ quoddam munus
obeundum promptiorem efficere. Caterūm haud injuria hortis & viridarij
Lycae ac Scholæ comparantur. Nam eadem ferme cum iisdem sorte fruun-
tur. Sicut enim illi talpæ, mures, ac in primis apri & sues infesti sunt: ita
nullum reperias literarum viretum, quod suos non habeat porcos, florido &
vernanti ipsius statui funestos, inqꝫ vastationem ejus quasi juratos depopulato-
res. At quinam illi? Non unius sanè generis sunt. Primō enim ibi conspi-
citur degenerum adolescentum quidam manipulus, qui sub mentita humanita-
tis & industrie persona in talis quidem horti pomaria intromissi, postea verò,
quam in excolendo eo lingua dextraqꝫ sibsonderant, negligentes operam, nihil
magis quam suum officium faciunt. Et parum his esset culturae hortuli talis
proprjgꝫ studijs tantum tribuere temporis, quantum sus consumit in cœli con-
templatione, nisi etiam tūm Preceptoribus ac Doctoribus, parim iniquis ac fa-
tuis operarum censuris, partim enormi & ferina contumacia ingenium suum
probarent; tūm alijs, qui doctrinarum suavitate capti pulchiores subinde floscu-
los decerpere, atqꝫ artium, quas τὸν καλῶν τοντος merito dixit Xenophon,
liquoribus se delibutos reddere pro viribus & ingenij captu laborant, propu-
diosis scommatibus atqꝫ scurrilibus exagitationibus oggrunnirent, suumqꝫ eos in
contubernium rapitare anniterentur. Qua quidem protervia sapenumero
quogꝫ efficiunt, ut docendi discendi ardor in multis refrigescat. Ut enim por-
corum grunniitu maximus elephanorum numerus, armato milite instructus in
fugam conisci potest, id quod in Megarensum quadam cum Antipatre pugna
factum legimus: sic animadvertas hosce malevolos importunitate sua querun-
dam animos ita disycere, ut in medio studiorum cursu h. sed raro satiscant.
Post hos aliud sese offert agmen eorum, qui literis & studijs liberalioribus, si non
τεωλεθερω, cladem certe, aut labem solummodo aliquam intentare non
verentur, qui ipsi diversorum itidem sunt generum. Alij enim sunt, qui post-
quam studia literarum vix à primo limine salutarunt, supra descripti viridarij

fragrantiam vix subodorari sunt, ejusdemq; fontes, ne primoribus quidem labbris, quantum vel canis ē Nilo degustarunt, mox ubi advertunt, quod nihil ibi votis respondeat, nihil palato sapiat, naribus suis conveniat nihil: subita paenitutine correpti pedem referunt, & ad volutabrum redeunt, h. e. studijs valero justis illiberalia iterum & sordida questus aucupia capessunt. O vero furo homines dignos, & parum absimiles, ne dicam emulos porci istius, qui elegantissimam eruditæ Vetusstatis fabula famosus est. Commemorantur enim animalia bruta in celebri quondam panegyri solemnes apparasse epulas, mensis exquisitissimis luxuriantes, ad quas cum & scrofa quedam suo cum comitatu adventasset, statim in ingressu quasvisse fertur: an etiam siliqua ibi adessent & que quia iure neglectæ erant, ipsa cum fastidio convivij abiit. His si adjungas, afficiendum autem puto, illud hominum genus, quod politioris literaturæ plane aevum est, exurget hinc usitissimus ille vulgi exercitus, quem beluam multorum capitum non abs re Horatius dixit. In quo plerosq; literas tam amaro quam odisse, quis credat? Si enim amarent, utiq; vel teneros suos unguiculatos saltem & pueritiae adolescentiae annos ipsis consecrassent: aut certe, si id parentum forte neglectum incuria, ipsi jam parentes facti, liberos suos majori cum diligentia, majori cum liberalitate præceptis illarum informandos tradevrent; si amarent, utiq; earum cultores uberiori honore prosequerentur, majori complectenterentur favore; si amarent, utiq; ipsis famam a viperinis & puericis mortibus promptius vindicarent; si deniq; amarent, utiq; multo minus ipsi in congregatis suis bonos & honestos viros, Musis deditos, tam nefarie ac impudenter convicijs proscinderent. Et quanquam excusabiles quodammodo ex his aliqui videntur, dum in ipsis ignorantiae cuiusdam prætextus sese ostendit: excusatio tamen est illa minime ferenda: quandoquidem affectata ignorantia nullis variare culpa vel potest vel debet. At ipsum in vulgo obtinere, non est obscurum. Nam ea Virtutis atq; Honestatis vis est, dicente Cicerone, ut natura & specie sua per se placat, invitatos & ignorantem in sui admirationem rapiat. Cujus etiam rei in multis ejus farine contemptoribus ac osoribus haukevia sese exerunt indicia, quoniam videmus eos multoties illi, quem absentem miseris & indignis modis lancinant, presenti quemcumq; exhibere honorem, nisi frontem omnino perfiduerint. Si propiores hujus in his odij causas præter supra resensitas queris due præ ceteris eminent. Una Insititia est, cui non omnino nihil tribuendum: nam verissime dicitur, Ars non habet osorem nisi ignorantem, qua tamen criminis inmunitatem, uti dictum, non meretur. Accedit in multis, in multis sola dominatur juncta Invidie Ambitio, cujus stimulis fuisse

riose agitantur, adeo ut fudes sit in oculis, quando doctos sibi praeserri cernunt.
Ipsi enim magisteri & supra reliquos exitioli contendunt, sed parum felici cum
successu: nam jeculentia nimis & picea sunt anima, quæ per se à natura fun-
dum petunt. Quare eo minus de illorum morositate laborandum est, & soli-
da iprorum molimina risu magis quam indignatione mactanda veniunt: quid
enim saibus cum amaricino? Alij vero sunt, qui non ita drepente absterre-
se sinunt, sed animo collecto ad tempus bene longum in studijs versantur, &
quandoq; parum abest, ut solidæ eruditioñis culmen attingant; nihil tamen mi-
nus sit (nescio quo malo) ut sepiuscule bove devorato in cauda, quod ajunt, de-
sciant, à Musarum partibus descoiscant, & alijs vita generi se se immergant.
Quod ipsum tamen illis vitio aut dedecori vertendum est nulli; neq; etiam
inde mali aut incommodi quipiam in literas & literatos redundat: verum hoc
hoc est quod querimus, hac illa turpitudinib; plena res est, quod cum studiorum
professione & tractatione, omni simul literarum & literatorum amore abdicant
se, animumq; assumunt à Musis alienorem. Unde sit, ut, dum non amant,
tacitum odium conirahant, quod protractu temporis in actum & lucem erum-
pere solet. Et hi interdum evadunt in hostes literatorum inferissimos, Omnis
quippe apostata, ut commune habet dicterium, est persecutor sui ordinis. Qui
vero præter hosce dicatum literis cœtum odio ac insidijs prosequuntur, dum
etiamnum ipsi studijs immorantur, & nihil honoris, nihil rei possident, quod non
literis sit acceptum ferendum, hi prorsus execranti & hominis appellatione in-
digni videntur. Nos autem, quando hoc forte evenire videmus, neq; mire-
mur, neq; offendamur nimium, memores tūm hujus nostri quam certissimi ada-
gij: Nihil cum amaricino sui; tūm illius quod dicitur: Nullum animal vene-
natum esse, quod sui antipharmacō secum non habeat. Longior esse, &
pluribus hæc persequerer, nī, præterquam quod temporis parcendum est, sci-
rem, illa tūm cuivis ad nauseam usq; obvia, cum non omnibus æquè gra-
ta esse. Quapropter Orationis vela contraho, spe fretus indulbia,
cognitum jam satis esse, quam verissima simul ac elegantissima sit Gnomæ no-
stra, quomodoq; ea locum inveniat non in bruto tantum, sed & rationis capa-
ci animantium genere, quod ejus interdum est stoliditati, ejus malitiæ,
ejus impunitati, ut obstupescas: Diaboli autem & pravorum affectuum
furijs magis obnoxium, quam ut existimari possit. Quæ cum ita sint, Auditio-
res, dictam perversitatem in corruptis istiusmodi animis eo cum assensu admis-
serit, qui dexteritati in prudentibus non est denegandus; admiratione autem
ranta, quaestam vel asinorum ruditas, vel graciliorum garrulitas, vel obsceni-
tas sca-

et scarabaeorum, vel suum deniq; spurcites apud quempiam fas est mereri.
Vos autem commilitones, nil horum morati, pergitte, atq; in id studium, in quo
estis, incubite. Supplices vero ante omnia mecum vos Deo abiijite, orantes,
ut vineam suam, h. e. Ecclesiam puram sonantem doctrinam inter nos plantan-
tam ad posteros propagare annuat, eamq; ab omni depopulantium ac depræ-
dantium violentia indemnum servet: cum primis vero nostræ nobis Academie
ROSE T U M ac Viridarium æternum florere faciat, atq; ab omni barbarie
& pagano squalore mundum conservet: tum aprorum & suum represso impe-
tu ab omni usitatis & solitudinis malo defendat. Faxit idem, ut suavissimi
ejus odores feliciter undiquaq; diffusi, ejusdemq; rivuli in omnes omnium vita
ordinum partes feliciter traducti, boni publici ubertatem quam feli-
cissime promoveant, in hominum salutem ac magni
sui nominis gloriam.

D I X I.



riosè agitantur, adeò ut fudes sit in oculis, quando doctos si
 ipsi enim magnifici & supra reliquos excoli contendunt,
 successu: nam feculentæ nimis & piceæ sunt animæ, que
 dum petant. Quare èd minus de illorum morositate labora
 da ipsorum molimina risu magis quàm indignatione mact
 enim saibus cum amaricino? Alij verò sunt, qui non ita
 se sinunt, sed animo collecto ad tempus bene longum in
 quandoq; parum abest, ut solidæ eruditioñis culmen atting
 nus sit (nescio quo malo) ut saepissime bove devorato in c
 faciant, à Musarum partibus desciscant, & alijs vitæ ge
 Quod ipsum tamen illis vitio aut dedecori vertendum est
 inde mali aut incommodi quipiam in literas & literatos
 hoc est quod querimur, hæc illa turpitudinis plena res est,
 professione & tractatione, omnis simul literarum & literat
 se, animumq; assumunt à Musicis alienierem. Unde fit
 tacitum odium conirahant, quod protractu temporis in a
 pere solet. Et hi interdum evadunt in hostes literatorum
 quippe apostata, ut commune habet dicterium, est perseco
 verò præter hosce dicatum literis cœtum odio ac insidiis
 etiamnum ipsi studijs immorantur, & nihil honoris, nihil
 literis sit acceptum ferendum, hi prorsus execrandi & h
 digni videntur. Nos autem, quando hoc forte evenire
 mur, neq; offendamur nimium, memores tūm hujus nostri
 gij: Nihil cum amaricino sui; tūm illius quod dicitur:
 natum esse, quod sui antipharmacō secum non habeat
 pluribus hæc persequerer, nī, præterquam quod temp
 rem, illa tūm cuivis ad nauseam usq; obvia, tūm no
 ta esse. Quapropter Orationis vela contrah
 cognitum jam satis esse, quàm verisimilis simul ac elega
 stra, quomodoq; ea locum inveniat non in bruto tantum
 ci animantium genere, quod ejus interdum est solid
 ejus impuritatis, ut obstupescas: Diaboli autem ē
 furijs magis obnoxium, quàm ut existimari possit. Qua
 res, dictam perversitatem in corruptis istiusmodi animi
 terū, qui dexteritati in prudentibus non est denegandu
 tanta, quantam vel asinorum ruditas, vel graculorum



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Patch Reference number on UTT

C 144 Serial No. _____

Universitätsbibliothek Rostock

DFG